



**R. P. Christophori De Ortega È Societate Iesu, Quondam
Scolasticæ Theologiæ publici Professoris, ac ejusdem
Facultatis Præfecti ... Theologia Controversiarum
Dogmaticarum, & Scholasticarum, de Divina ...**

**Ortega, Cristóbal de
Lugduni, M.DC.LXXX.**

1. Exactor difficultatis dirimendæ explicatio, & Doctorum sententiæ.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-94285](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-94285)

lum, & per ministros suos regna gubernant: quia aliter ob mentis & potentie sue limitationem nequeunt. Ceterum, si res ipsa gubernandi per alios, & curam aliorum aliis demandandi bene, ut à Patribus inspecta, & penetrata est consideretur: cum mihi aliud sit, quam curam aliorum ministris intermediis demandare, atque à se abicere: Principes, qui provinciarum curam Ministris delegant illarum in seipsis curam, aut providentiam non referunt, sed tantam erga Ministrorum, quibus delegant ut singulorum, & singularium curam habeant, designationem, & curæ ac providentiæ ab eis habite ponendam rationem. Quo circa cum singulorum, & singularium omnium universi providentiam scriptura, Patres, & scholastici in Deo absolute asserunt, & demonstrant, immediatam, & per seipsum habitam docto cuique, & suggerunt, & evincunt. Sumus autem, cum scribimus, præsertim de re momenti tanti, & docemus, sapientibus, & insipientibus, seu minus sapientibus, ut sapientiores fiant debitorum.

10. Ne verò quispiam putet immediatam hac Dei erga omnia, & singula creata providentiam hæcenus demonstratam inferiorum aliquot creaturarum rationalium, nempe hominum, & Angelorum providentiam aboleri: adverte cum Caietano 1. part. quæstione 21. articulo 3. ex Sancto Thoma 3. cont. Gent. cap. 76. id minime ea conclusione asseri, aut intendi, neque ex demonstrata conclusione inferri: solum enim asserimus, & demonstramus rationem ordinis omnium, & singularium creaturarum in finem primarium peccare Deum esse ipsum, quin creatum aliquid pro libito, & arbitrio alteri in suum finem independentem ab ordine intrinseco Dei ordinatione, & providentia præscripto ordinare delectet, & mandet (ut Plato & Aristoteles somniarunt) sed iuxta ordinem à Deo singulis creatis præscriptum res gubernent, mediæque etiam à Deo cuiusque providentia destinata, Deo etiam ex eadem providentia cooperante, non quidem ex Dei indigentia, sed potius dignatione exequuntur. Eum verò à se præconceptum ordinem rationalibus creaturis, præsertim Angelis bonis, & quandoque malis, reuelat, ac servari præcipit: & in scriptura, & Patribus est frequens, & controuersia de Angelis ostendimus. Causis verò irrationalibus Physicis, ut sic loquar, præscriptæ ordinationis sue intimæ, quatenus physica aëritate & nativa inclinatione ad id agendum, quod earum conditor Deus de utraqueque vult, in sui ipsarum conditione, & ordinatione accepta pergunt. Qua sanè ratione mediare, etiam quoad externam gubernationem, & executionem, & immediatè rebus providet omnibus: quatenus gubernatione extrinseca, & executione mandatarie istæ creaturæ ordinationis diuinæ intimatione sue moralis, sue physica mediare operatur, & extrinsecè gubernat res omnes Deus: & immediatè etiam, quatenus immediatè ac per seipsum ad has omnes mandatarie creaturæ functiones voluntate sua inuat, disponit, & cooperatur.

DISPUTATIO II.

De Providentia diuinæ essentia, & diuisione.

AMETSI d. i. quæstione prima, certamine primo è vocis Etymologia, & Patrum dictis nonnullis, rudi Minerva, quid Dei providentia sit præmisimus: illius tamen essentia eis Patrum effatis, quasi involucri tradita, evoluenta nunc est, atque rigore scolastico explicanda, & statuent. Deinde verò in suas speciales diuidenda, ut Christoph. de Ortiga de Deo Vno, Tomus II.

de incept, quæ disputatione Theologis vili & oportuna, opus habeant, singularem disputationem.

QVÆSTIO I.

Quibusnam Providentia Dei universim conflet?

Præsentis difficultatis Scopus, in quem, & præsens quæstio collinare debeat, in apertum producat, supponendum est: Diuinam providentiam immanentem Deo intrinsecam operationem, seu actum esse operationem, inquam, etiam veram, non tamen realem physicam, sed solum realem intentionalem, ut tom. 1. de Deo vno, controuersia secunda de Scientia Dei d. 2. quæstione prima ostendebamus, utroque vero titulo constat non, nisi in operatione, vel intellectu, vel voluntatis, vel utriusque Dei providentiam stare posse: quoniam nec purè spiritualis substantiæ (qualis Deus est) immanens alia operatio esse potest: nec operatio purè intentionalis, quæ vel intellectio, vel volitio non sit. Vnde Sanctus Maximus centur. 3. capite 13. romano quinto. Biblioth. Alexand. Aphrodisæus 1. quæstione natural. capite 75. (apud Iulium Syren 4. de providentia capite 27.) tanquam ex Aristotele per motum & vnius rei in aliam, seu propriam aliam, & creatam transmigrationem rerum in finem Dei providentiam definites, non tam essentialem definitionem diuinæ providentiæ tradere, quam eam per obiecta & effectus aliquatibus ostendere credendi sunt. De quo fusi Aureolus in primo d. 48. articulo primo: quare præsens controuersia de ea solam esse potest, an alterutra operatione intellectus, vel voluntatis Dei, an utraque diuina, erga res omnes, & singulas demonstrata d. i. consistat providentia.

CERTAMEN I.

Exactior difficultatis dirimendæ explicatio, & Doctorum sententia.

Præmittendum est, Providentiam omnem, ac proinde Dei, scientiam, & voluntatis actum, ut essentialem (ut minimum) conditionem seu adiectum requirere: ita ut alterutra sublata nequeat providentia subsistere. De scientia constat: quia ea sublata de mediis, & fine, atque illorum in hunc ordine, nequit esse in Deo actus voluntatis ordinandi media in finem: cum voluntas in incognitum ferri nullatenus possit: ergo, etiam in actu voluntatis ordinandi res creatas in finem, ac providendi eis de mediis adæquatè consistat, scientiam de eis essentia sua supponit. Actum verò voluntatis per eiusmodi scientiam directum, ut adiunctum essentiali providentiæ requiri, sine quo providentiam Dei esse repugnet: tametsi in ea scientia solam directum significatum essentiali stare contendas, certissimum est. Siquidem scientia illa voluntati ordinandi res in finem & mediis ad illam consequendum præluens est scientia vel simplicis intelligentiæ de possibilitate, seu media de conditionata futuritione, cum finis, tum mediis, nullatenus activa est & practica, nisi medio actu voluntatis: sed solum speculativa, & de se indifferens ad ordinandas res in finem, & providendum, seu disponendum eis media, per quæ illam consequantur consequi possint: quare eiusmodi scientia communis, & rebus à Deo proutis, 11

2. Actus vero imperij vltiorum, quæ in intellectu Dei nonnulli iam referendi, ponunt (& in quo solo providentiam Dei voluit esse stram) præfatos actus, & voluntatis, & scientiæ ipsos regulantis, & dirigentis essentialiter supponit; quomodo cumque actus imperij esse possit, vel authoribus explicari vix imperatiue formaliter, vel æquialenter, vix a nonnullis Thomistis

c. Sed veritas et Doctorum hac de re sententia dilucidior erit, si percipi valeant, ac, vltra æquiuocaciones, & confusionem omnem, improbandorum rationes, & impugnationes, noscitur sententiæ veritas, & fundamentorum eius robur plenius, & clarius appareat, actus omnes cum intellectus, tum voluntatis Dei, qui necessario, sive directo, sive præsuppositivè, connotativè, ac indirectè, & in obliquò ad providentiam de rebus habendam intervenient, speciales, explicitique oportet evolvere: & de scientiâ dirigentis actum voluntatis de ordine, & extrinsecà Deo gubernatione, & transmutatione rerum in finem, per mediâ quibus cum allectetur, vel saltem affectui possit, constare esse scientiam, & de possibilitate finis, medium, &

4. Denique, si intentio Dei, & voluntas finis obtinen-
di per liberis creaturis rationalis actus, quantum
parte Dei esse potest, seria sit, ac media natura, & en-
titate sua, atque ab intrinseco sui efficacia esse non pos-
sit (vt ex dictis tom. 1. de Deo vao controu. 3. d. 1.
tota supponimus nec disputamus) nequit cordate Deo
medium eligere, quod habiturum effectum finis obtinen-
di scientia conditionata non promoueret: nè, & causam
serio a se intenta cadat, & providentia Dei, sicuti crea-

7. *Multa Scientias alias visionis causae, vel physicae, vel morales, quarum absoluta exigentia praeiudicant. Dum ad effectum aliquem providentiae suae, vel se folio, vel cum alia causa exequendum mouetur, quae praeiudicant ad providentiam spectare docent. Recentiores nominali tractat ab Hericze tract. 1. d. 10. cap. 1. & refutatus ab eodem tract. 3. d. 22. cap. 2. a. num. 10. quibus tamen fere imaginationi obnoxios iidem locis ex parte ipse confutavit, censens, nempe, ad defectum providentiae, et quae surgat eius vel primo producti visionem spectare. Cum tamen non addit ob eandem rationem vel moralem vel isti vero scientiam omnem, quomodoqueque absoluti effectus providentiae casualium scientiam praetereant, et directum censent: quare & cum scientia positiva, seu providentiae confundunt quae practica, & directae voluntatis, ac modum obtinendi & media, & finem, in quem res ordinantia est praescribens esse debet, repperit. Nec pluribus opus est, vel scientia visionis, et similium obiectorum a scientia ad providentiam spectante, de qua, a providentia sit vel illam effectum constituat? quae sit inter Theologos pollicetur: nec ita: licet ipsi alterutrum asserunt. Neque enim propterea lubens opiniones pro cuiusque cogitatione nonnullas probabiliter fundatas, in questionibus, vel Philosophicis, vel Theologicis multiplicari; earumque fusi in unaquaque catalogum singulis quaeque multis adeo inutiliter crescere, & paragraphis multis, & oblonge impugnare: quasi pluribus iam pridem non multo opere pretio ad relationem, & confusionem admittit: ratio & lectorum satis non foret.*

7. Nesten

7. Noster Herize tract. 3. disputatione 22. capite 4. a
num. 3. prater imperium voluntatis quod primum pri-
marium, & principale, & necessarium mouens ad actio-
nes potestiarum cuiusque (quod monasticum, siue vniuersi-
tatis, & eiusdem ad seipsum eundem, & vnum appellatur) esse
statuit, aliud imperium intellectuale ab imperio illo vo-
luntatis primario tanquam a capite deriuatum in Deo
etiam recognoscit in Sancti Thomæ gratiam: atque
exemplo moralis, & politici explicat: quemadmodum
enim auditio consiliorum Principis potest ita annuere, vt
ei etiam imperet, vt si quando illum in executione, & vfu
eorum, quæ eius consilio statuit efficienda, remissum vi-
deat, hortetur, & vigeat ad ea exequenda: sic volun-
tas consiliorum intellectui potest ita annuere, vt simul
ipsi imperet, vt si quando, vel difficultate executionis,
vel aliunde retardetur, ipsam adhortationibus, rationi-
busque eisdem propositis imperiose (ipsum enim impe-
rio actu illo sponte sua se subdit voluntas, liberarum de-
terminationum Principis, & caput) vigeat, vt media
apponet, atque iam ab ea statum exequatur. Ad hunc
igitur modum imperium intellectuale in Deo ponit He-
rize, resecatis tamen imperfectionibus: ac proinde con-
cludit intellectuale hoc imperium & primaria voluntatis
diuine determinatione non esse admittendum, vt diffi-
cultates semel ab ea statui retardantes, quæ respectu
voluntatis diuine esse nequeunt ab executione superen-
t: nec stare in actu intellectus, qui iudicium asser-
tium, & de presenti iudicium modi non sit, sed solum
modi imperatiui (quem intellectus actum impossibilem
reiecit a numero 29. ad 34.) sed stare solum in iudiciis
proponitibus diuine voluntati viui de mediis elec-
tionem ad ipsam concipiendam, & vsum ex suis inten-
tione præsupposita: atque hæc iudicia merito imperia
intellectualia esse gratius asserit, quam prober, atque
Deo repugnat: cui nequit ad virendum opus viuendum,
aut vltius aliquid proponi, quam fuerit pro priori pro-
positum.

8. De his intellectus, & voluntatis diuine actibus
enumeratis, & iuxta Doctorum varias sententias hæc-
tenus explicatis, non recens Theologis est: quisnam ex
eis, vel prouidentie adequatè sumptæ essentia sit, vel
eam essentialiter constituat? In qua questione prima
sententia prouidentiam in actu scientie diuine dirigente
voluntatem ordinandi res, quibus prouidetur à Deo,
& transmittendi illas in finem eis ab ipso præstitutum
per talia media connotato actu voluntatis, à quo præ-
dicta scientia sit, prouidentiam constituit. Eam verò
sententiam simplicem intelligentiam antiqui ex citandis
pro hac sententia dixerunt: quo nomine scientiam condi-
tionatorum etiam contingentium coëtebant, cuius
propria, & specialia scrutari non sunt, neque ex insti-
tuto disputant: tamen eam, quoad substantiam
agnouerunt, & docuerunt: quare nec proprio nomine
scientie mediæ, quo à scientia absolute libera, & ab-
solute necessaria, ac præcisæ possibilitatis, & absolu-
te futuritionis, differt, compellarunt. Nostri verò om-
nes, qui post editam Molinæ concordiam scripserunt, &
ptime huius sententie adhaeruerunt prouidentiam rerum
naturalium scientia strictæ simplicis intelligentiæ sola,
rerum verò contingentium scientia etiam media constan-
te docent: stant pro hac sententia prima Durand. in 1.
d. 41. questione sub fin. Alexand. prima parte questione
28. m. 1. articulo 2. Albertus 1. parte, questione 63.
m. 1. Richardus in primo d. 39. articulo secundo, qua-
estione 1. d. 40. articulo 1. Aureolus articulo secundo,
circa primam opinionem, Gabriel questione unica,
articulo 1. init. Marfil. in 1. questione 41. init. Alti-
hodorensis 1. summa capite 10. questione 1. Carthus.
in 1. d. 39. questione secunda post med. d. 40. questione
1. post med. Tarentasium & Vdalricum citans (pro-
babilemque reputat sanctus Bonaventura pro secunda
sententia citandis) Bellarminus tomo tertio, libro se-
cundo de gratia, & lib. arbitrio capite nono, §. *Dispu-
tant*. Valentia 1. parte, questione 22. punct. 1. §. *Est
autem*, questione 23. 1. parte, questionis punct. se-
cundo, §. *Minus primum*, & parte secunda, punct. 1. init.
Fonsca tomo tertio metaph. libro 6. capite secundo, &
questione 5. sectione 2. §. *verum alij*, Lessius 11. de
Christoph. de Rega de Deo vno, Tomus II.

perfect. diuin. capite 1. numero 1. fin. Pennotus 5. Pro-
pugnaculi capite 1. Iulius Syren. 5. de prouidentia ca-
pite sexto. Herize disputatione 22. capite septimo à nu-
mero 17. & cap. 4. à num. 3. Ioannes Præpositus prima
parte, questione 22. articulo 1. dubitatione prima, nu-
mero 4. & 6. vers. *quasi potest*. Falolus prima parte, to-
mo secundo, questione 22. articulo 1. dub. 1. à nume-
ro 10. fusè.

9. Vltioris voluntatis siue electionis mediis siue
vfu scientiam directricem nonnulli ex illis imperium vo-
cant: quatenus ex præsupposita voluntate, seu inten-
tione finis efficaci (à qua habet ea scientia prædicam in eo-
rum sententia esse) non prouidere de mediis vllis, & non
transmittere creaturam in finem à Deo efficaciter præ-
scriptum fieri nequit. Cum autem prouidentia in ea elec-
tione, & ordinatione rei, cui à Deo prouidetur per
media in finem præintendum consistat, fieri videtur, vt
ea intentione efficaci finis præsupposita iudicium de me-
diis, & modo quo obtineri is finis à re, cui prouidetur,
potest, Deum ad electionem, & vsum mediis horum
si vnica sint, vel saltem horum, vel illorum, si ad-
sint plura, quasi ex imperio determinet. Hoc voluisse
Herize dum iudicium antecedens electionem, & vsum
mediis imperium merito dici posse asseruisse, ni alia
eius doctrina obesset, facile crederem: idque solum ci-
tati ex nostris pro hac sententia voluere, dum imperium
hoc iudicium quandoque vocarunt, ea autem doctrina
euaneſcent omnia, quæ contra hanc sententiam oppo-
nit Ruiz d. 3. sectione 5. à numero 3. scientia enim de
re, & modo, quo fieri rectè potest, ex intentione effica-
ci finis (quam & ipse ad prouidentiam necessariam præ-
supponi putat) rebus à Deo prouidentibus, & non prouidentibus
prædestinatis, ac non prædestinatis communis non est, quo
omnes Ruiz impugnationes nituntur) vt patet: quare,
hæc sententia eo solum impugnari solide potest, quod
apertè falsam supponat, de intentione efficaci finis in
Deo ad prouidentiam prærequisita: cuius oppositum in
specie prouidentie alicuius nempe prædestinatione reſi-
cit, & pro virili confutat Herize tract. 3. d. de elect. ad
gloriam ante merita præiusta: quare non, nisi repugnan-
ter eam intentionem efficacem ad prouidentiam in ge-
nere, & vniuersim potest admittere (vt non prærequiri
ostendat) locum impugnationes illæ non habent: quia
ex inefficaci finis intentione scientia de mediis, & modo
illum obtinendi, nec quoad speciem ad electionem, &
vsum mediis determinat intendendum: vt imperium,
vero aliquo sensu dici possit.

10. Item cum ex intentione efficaci finis, & mediis
scientia ad electionem, & vsum ipsorum, saltem quoad
speciem determinat intendendum, ea determinatio à scien-
tia illa mediis formaliter non est, sed ab intentione
illa efficaci determinante intellectum ad inquisitionem
mediis, eisque adiuuentis, ac propositis voluntatem
ad illorum electionem & vsum. Eis quippe adiuuentis, &
oportunis indicatis, si per impossibile Deus, & per possi-
bile homo intentione illa efficaci abſisteret, idem ipsum
iudicium de mediis, & modo, quo præintendus efficaciter
finis ille obtineretur, ad eorum electionem, & vsum ne-
quaquam intendens voluntatem determinaret: quare,
nec illud imperium absolute, neque ex suppositione in-
tentionis efficaci finis dici proprie potest: cum intentio
efficax sola & consultationis, & hac supposita electio-
nis, & vfu determinatio, & imperium sit. Melius ergo
sententia hæc prima de essentia prouidentie in scientia
dirigente voluntatem, cuiusque actum connotante defen-
ditur ab aliquibus ex citatis, expressèque à nostro Herize
cap. 4. num. 36. qui intentionem efficacem finis, nec prære-
quitur ibi, nec potest, nisi repugnanter, ad prouidentiam
præquirere, vt proximè ostendimus. Præpositus, & Fal-
olus (qui & intentionis connotatum addit) per connota-
tionem ad actum voluntatis, quem dirigit, electionis, &
vfu statuunt prouidentiam, id quod & in sancto Thoma
& in Doctoribus aliquot citandis pro sententia ter-
tia (præsertim in nostro Molina locis ibidem citan-
dis) multum fundamenti habet, quare & hic secundus,
& commodior primæ sententie modus potest referri
per connotationem ad actum diuine voluntatis non
quidem prærequisitæ intentionis, quem satis disce-
mus,

mus, sed directæ electionibus & subsequente, qui modus non ita facile impugnabitur, nisi ostendendo eam à tercia sententia nullatenus: sed voce tenus solummodo differre, vt certamine tertio ostendamus.

11. Secunda sententia docet, providentiam in actu voluntatis Dei eligendi, & disponendi media ad finem adæquare essentialiter consistere, præsupposita, seu connotata scientia ipsam dirigente, quam vel simplicis intelligentiæ pro naturalibus effectibus, vel mediam pro contingentibus, & liberis esse docuimus. Extant sententiæ huius Patroni Scorus cum suis in prima d. 40. questione prima init. (vbi Sanctus Bonaventura articulo primo, questione secunda, & in tertia d. 7. questione tertia d. 17. articulo primo, questione prima, ad 3.) Gregorius d. 40. questione prima, articulo primo. Henricus quodlib. quarto, questione decimanona. Cameracensis apud Gabriel. supra: Echius, de prædestinatione capite 1. numero decimo septimo, apud soarem d. 87. capite tertio, Soar. primo de essentiali prædestinationis capite 16. & 17. qui eam sequitur, sicut & Valquez prima parte, d. 81. capite secundo sine, innotia disput. 37. capite tertio, in eamque sententiam venit tandem Lessius de prædestinatione sectione secunda, §. 1. sine. Henriquez prima parte, tractatu tertio, d. 22. capite sexto, numero 51. capite septimo, numero 57. & 58. Argentina in primo d. 40. questione prima, articulo secundo. Arrabal prima parte, questione 22. articulo primo, d. 63. capite tertio. Acort. libro primo, capite 29. questione secunda. Denique Doctores omnes qui imperium (maxime monasticum, & eiusdem ad se ipsum) voluntatis solius actum esse volunt, non autem intellectus. Huius sententiæ fauent præter datos citatis locis Valquez rursus 1. 2. d. 49. capite quarto. Suarez iterum d. 19. metaph. sectione sexta & septima. Molina citandus. Maior in tertio d. 33. questione septima de prudentia. Alma in tractatu tertio, Moral. capite secundo. Okam in tertia questione 12. articulo quarto, conclusionem tertia, iterum Henricus quodlib. 9. questione sexta. Hangelstus capite primo, Moralium §. tertio, corollar. tertio. Castro primo de lege pœnal. capite primo & secundo. Ioannes Medina de grat. capite secundo, & valde probabile reputat Arriaga noster de providentia d. 32. sectione prima, conclusionem secunda, numero vadesimo, sed in hac sententia duplex modus etiam esse poterat. Primus qui nullam aliam connotationem scientiæ requirit in actu voluntatis diuinæ, vt providentia sit quam intrinsecam dependentiam eius à scientia quæ ipsi debet præluere, vt dirigatur, ducaturque in obiectum voluntas & hoc modo scientia non magis siue in recto siue in obliquo constitutioni essentiali providentiæ cum actu voluntatis intersuaret quam voluntas ipsa, quæ essentiali sui actus principium & causa est: quare solum supponetur ad providentiam fieri ad actum voluntatis, qui seipso & essentialiter eum habet respectum, & connotationem ad sua principia necessaria, & essentialiter præsupposita, ac prærequisita. Hoc modo sentire videntur, qui in actu voluntatis providentiam constituunt, quia in actu voluntatis, non autem intellectus imperium adæquate sit, atque in imperio sit providentia constituenta. Secundus modus ultra hanc connotationem scientiæ præsuppositæ actui voluntatis eligentis, & disponentis media ad finem intrinsecum, & essentialem, aliam connotationem scientiæ actui secundum se accidentariam, eiusque essentia adscritam, & quasi extrinsecam; providentiæ vero, & ipsi actui voluntatis, vt providentiam constituat essentialem addere videntur. Alterutrumque Patronos ex citatis ad purum haud facile discernes: nam, cum hanc sententiam probant media utriusque probandi miscent.

12. Tertia sententia docet providentiam ex æquo ex scientia prævia, & directiva electionis mediorum in finem rebus prouisi à Deo constitutum, & electione ipsa, tanquam essentialibus partibus consisti atque constitui, sic censent Alexander Alenf.

part 1. q. 26. de Prouid. & prædest. m. 2. questione 1. m. 1. articulo secundo & tertio. Albertus prima parte, tractatu 17. questione 67. membri primo capite. Marfilus citatus numero septimo. Petrus Tarsantia apud Soarium citatum numero decimo. Rogerius & Petrus de Aquila apud Aquar. addit. ad Caprolium in primo d. 40. & rursus controuersia de prædestinatione, Molina prima parte, questione 21. articulo primo, d. 1. §. Quod si petat, questione 13. d. 1. §. statuenda est nihilominus. Tamen pro prima sententia à nonnullis referatur Herize tractatu tertio, d. 21. capite sexto. Arriaga de providentia d. 32. sectione prima, numero decimo septimo, conclusionem tertia, quibus adde scholasticos, qui providentiam modo in præscientia, seu actu intellectus diuini, modo in electione, siue actu voluntatis videntur variè, & incoherenter collocare. Hi verò sunt Magister in prima d. 31. sub initio, & articulo 40. capite primo, & vltimo. Alciandorus prima summe capite nono, questione prima & secunda, & capite 10. nec non sanctus Thomas variis locis certamine tertio subiiciendis. Hac cum varietate firmum iudicium, æque scilicet vtrumque actum, nec potius vnum quam alium ad providentiam spectare, ostendunt non obicere: quod ipsum ex varietate Patrum simile argumentum pro hac sententia innotat certamine quinto. apertior pro hac sententia stat sanctus Thomas questione quinta de veritate articulo primo, & in primo d. 40. questione secunda. Denique eandem sententiam docuit Magnus Magister noster Didacus Daza manuscripto de providentia d. 1. paragrapho sexto.

13. Quarta sententia in actu intellectus, enumeratis, hisce posteriore, qui imperium sit, pro electionis mediorum, & ordinationis rerum à Deo in finem cuiusque finem præscriptum, vel potentia diuinæ monitione, vel rebus ipsis prouisiu civiliter, & politice iniunctis, siue imperatio, nec assertio iudicio, siue indicio assertio, iuxta motus diuersos explicandi intellectus hoc imperium à nobis notatos numero quinto, & designandi terminum, cui seu, ad quem dirigatur, factumque, & intinetur imperium cuiusmodi quo super Doctorum modos distinctus examinabimus certamine 2. vt sine confusione impugnemus; examinare verò illi eorundem differimus vitandæ repetitionis gratia, cum ibi sigillatim (vt opus erat) impugnauerunt. Tertio vero modi imperij intellectualis ad providentiam ad Herize in gratiam sancti Thomæ explicati, & ad illam sententiam referre omitto: quia, & imperium intellectualis non contineri, & absolute & ad hominem ordinatum numero 8. & 9. & in Deo esse actum illum, tanquam imperium non sit, ostendimus nuni 6. Perreco itaque Thomistarum Dominicanorum sententiam, qui videntur, seu scientiam, aut præscientiam absolutam de absolute futuris, quæ, & Dei decretum, & imperium de absolute futuritione consequitur ad Dei providentiam aduocant: quia censent eiu modi absolutam præscientiam futurorum ipsorum causam esse. Id quod etiam illam sit, & falso principio innitens, omittendum hic est: cum principium de causalitate absolute præscientiæ ibi in futura prædicta multa Patrum, & Theologorum creatione, nec rationum pondere minori reiectum sit. de Deo vno contr. 2. d. 5. q. 8. à cert. 2. per totum: ostendentes Dei absolutam præscientiam futurorum causam non esse, sed potius illa supponere, aliunde quam ab ipsa præscientia in suo esse, & absolute existentia pro duratione, pro qua absolute erunt: idque necessarium esse, vt contingentium futurorum libertas absoluta cum Dei de ipsis absolute præscientia possit consistere.